

dere esse cum eis, quia rapinas meditantur mensuram, & fraudes labia eorum loquuntur. Hi sunt membra illa, quae scandalizant, & idcirco abscondi, prociocque jubentur, ut potius sine illis vitam ingrediamur aeternam, quam simul cum illis mittamur in gehennam ignis inextinguibilis. Discite igitur a nobis omnes, qui operamini iniquitatem. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Nihil tam perniciosum est quam societas hominum perditorum.

SOCIETATIS BONORUM COMMODA.

Prioribus itaque cautè, sapienterque repudiatis, ad illos converti, illis inhærec, ab illorum latere nunquam (si fieri potest) discedere nos decet, quorum vox, gestus, incessus, habitus, norma virtutum est. Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei. Quia scilicet nihil æque proficit ad bene, beatèque vivendum, ac optimi cuiusque accessibus identidem copulari.

Exempla quere in Loco de Conversatione.

B SOCIETAS CONJUGALIS, HERILIS, OECOMICA.

Pete ex Loco de OECOMICA, HERIOGLYPHICUM.

Licet in duabus confertis manibus fidei, fœderumque hieroglyphicum locupletius habeatur: non est tamen illud diffimulandum, quod de pollicibus est à Cornelio Tacito traditum: forem quippe fuisse regibus quorundam Barbarorum, quoties in societatem coirent applicare dexteram, pollicetque inter se vinciri, non posse constringere: & ubi mox sanguis in artus extremos pervenisset, levi vulnere cruorem eliciebant, atque invicem lambebant; idque fœdus arcanum, quasi mutuo cruce sacratam haberi solitum. Pier. Val. lib. 36. pag. 341.

Vide Fœdus, Conversatio.

* SOCIETAS IN CONTRACTIBUS.

QUID SIT? ET QUOMODO CONTRACTATUR?

SOCIETAS in contractibus est conventio duorum, pluriumve, ad conferendum aliquid in usum, vel quæstum communem contracta. Hic contractus perficitur solo consensu exteriori expresse, absque ulla alia Juris solemnitate; ut docet Gomezius tom. 2. cap. 5. num. 1. unde collatio bonorum, vel operam in commune, non est contractus societas, sed effectus ejus.

REQUISITA.

Ad contractum societatis, ut sit validus, quatuor requiruntur.

PRIMUM est, ut singuli socii aliquid in commune conferant, sive pecuniam, sive operam, & industriam, sive instrumenta (v.g. navem, equos) sive animalia, sive alia bona, prout conventum fuerit: nisi enim aliquid præsentent, vel cooperentur ad lucrum, vel commodum, non possunt ejus esse particeps, ut qui titulo careant.

SECUNDUM, ut id, quod à singulis sociis collatum fuerit eo animo, ut sit commune, statim cedat in dominium singulorum, ita ut singuli efficiantur Domini totius fortis partialiter, seu partiali Dominio. Colligitur ex l. 1. §. 1. seq. §. pro socio.

Idem dicendum de iis, quæ socius nomine communi comparat, non autem quo nomine proprio, ut docet Covar. l. 3. variat. c. 10. nu. 1. eo, inquam, animo ut sit commune, quia alioquin non cedit in dominium sociorum; ut patet quando non sit communio in capitali, sed solum in lucro; ut quando alter pecuniam, alter industriam confert.

TERTIUM, ut lucrum, & damnum sit commune. Colligitur ex iisdem legibus supra, c. 1. §. 1. seq. C. pro socio.

QUARTUM, ut fiat divisio lucri, secundum proportionem fortis à singulis collata. L. Si non fuerint 29. §. l. Verum 63. §. pro socio. hæc tamen tertia, & quarta conditio intelligenda est, nisi aliter expresse fuerit conventum, & onus, quod præter naturam hujus contractus alteri parti imponitur, debite compensetur. Ex his faciliè intelligi potest, quomodo hic contractus differat à cæteris.

MODI VARIi CONTRAHENDI.

SOCIETAS hæc variis modis contrahitur. PRIMO, ex parte finis: possunt enim esse variis finibus proximi hujus contractus, sive aliquando contrahitur ad usum tantum; ut quando libri, aut alia suppellex, vel pecunia, in usum, & usum communem conferuntur, aliquando ad lucrum tantum, ut in negotiatione, aliquando ad utrumque, ut in matrimonio, ubi vir, & mulier conferunt bona, & operas ad perpetuum convictum, & lucrum. SECUNDO, ex parte materiae, sive vel contrahitur societas omnium bonorum, ut fit in matrimonio, quod celebratur contra dū mediætas bonorum. Hic omnia bona quomodocumque obvenientia sunt convenientia, & factio divortio aequaliter dividenda: similiter damna sunt communia, præter ea, quæ culpa socii eveniunt, præsertim lata (hæc enim soli auctori sunt imputanda) & ea, quæ socius male expendit, g. in meretricis, & comestiones. Vel contrahitur societas lucrum duntaxat, ut quando bona hæredum manent indivisa. Hic solum communicantur luca ex hereditate illa provenientia, & damna circa eam absque sociorum culpa obvenientia. Vel denique contrahitur societas certæ alicujus partis bonorum, vel certæ negotiationis. Vide Sylvest. Peculium. 2. num. 2. Aliquando ita contrahitur societas, ut alter inferat pecuniam, vel gregem animalium, alter industriam, & operam necessariam: vel uterque partim pecuniam, partim industriam.

TERCIO, ex parte temporis alia enim contrahitur ad vitam, alia ad certum tempus, alia usque ad finem certæ negotii. Ad hæredes autem hic contractus non transit, etiam si expresse conventum sit ut hæres in eandem societatem succedat, ut patet L. Aded, §. 9. l. Verum 63. §. In hæredem. §. pro socio: quia in hoc contractu industria personæ eligitur, ut habetur d. L. Aded. Si tamen socii juramento promiserint se continuaturos contractum hæredi, valet pactum, & tenentur cum admittente, quidquid alium in contrarium censuerint. Ratio est, quia juramentum servandum est, quando aliquid saluti dispendio servari potest: immo eam vim habet, ut contractum jure humano aliàs irritum, reddat in sua specie validum.

Socius. Socii.

Crudeles. Injusti. Perfidii. Proditores. Item erga eodem, Avaritia, Cruelitas. Pete ex Locis eorumdem rerum propriis.

Socordia.

Qua est sine corde inertia, Græcè πάροια, Quare Acedia, Ignavia. Orium.

* Sodomia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SODOMIA est species luxurie ex iis, quæ contra naturam sunt, id est, contra ordinem, quem natura in animalibus cæteris requirit, ut ex actu venereo possit sequi conceptio prolis ejusdem speciei; quæ queritur voluptas carnalis in eodem, vel diverso sexu, non tamen in congruo vase, aut instrumento: Sic dicta à Sodomæ incolis, qui vocantur in Scripturis pessimi, & peccatores cotam Domino. Gen. cap. 13. hoc est publici, & impudencissimi: erantque huic turpitudini addictissimi, ut dicemus statim.

SODOMITÆ, EORUMQUE SCELUS. IN LEGE NATURÆ.

SODOMITÆ proprie cives sunt Sodomorum, quæ fuit Civitas non procul à Jordane, in qua habitavit Loth, ubi nunc est mare mortuum: eratque velut Metropolis istius Regionis amœnissima, unde & Regem habuit, quem Abraham devicit: quamvis non tunc eodem loco, qui jam eversus erat, residentem. Erant autem variis libidinis addicti, ac maxime illi, quæ est contra naturam actus venerei, & ab illis nomen accepit, unde nunc Sodomitas appellamus, qui tandem turpitudinem exerceant.

Fuerunt tamen & aliarum vicinarum civitatum, in Pentapoli incolæ eodem scelere infames, ut constat ex communi omnibus supplicio à Deo inflicto: verum quia Sodoma cæteris erat celebrior, ab illa mansit infamia nominis.

Constat igitur, intemperantiam hanc turpis libidinis esse vetustis-

TEMPORE LEGIS MOSAICÆ.

vetustissimam, & ætate Abraham in universa Regione Pentapoleos usitatum, & velut publicam fuisse.

Derivata tamen ad posteror eadem fuit, non obstante, enormi illo supplicio, quod de Sodomitis, & finitimis populis Deus sumptit. Hinc altercant veteres Ethnici, quem primum illius auctorem, & doctorem facere debeant. Alii Orpheum Poetam; alii Talonem Cretensem, nonnulli Lajum, quidam Minoem Regem Cretensem: Denique Jovem ipsam, quam Medem sapientem hujus sceleris inventorem statuunt. At longè antiquiorem illius usum, aut abutim verius docet historia Gen. cap. 13. & 15.

Sodomorum vero peccata commemorat Josephus lib. 1. Antiquit. Sodomitæ, inquit, abundantia pecuniarum elati, tam in homines contumeliosi erant, quam erga Deum impii: quippe qui neque beneficiorum ejus meminerant, & hospites avertabant: denique mutus etiam libidinibus sese incessabant. Sic ille.

Deus autem apud Ezechielem distinctè, ac breviter ejus generis peccata exponit. Ecce, inquit, hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus: & manum egeno, & pauperi non porrigebant. Et elevatae sunt, & fecerunt abominationes coram me; & abstulit eas, sicut vidisti. Pro illo: otium ejus, & filiarum ejus, septuaginta reddiderunt, deliciis affluabat ipsa, & filia ejus, & gloriabantur magnificè. Hæc verba explanans B. Hieronymus. Deus, inquit, describens Sodomæ scelera, primum superbiam posuit, proprium diaboli, primumque peccatum, propter quod de celo corruit. Unde Paulus: Ne infatis, ait, superbia, in iudicium incidat Diaboli. Superbia autem feminarium est saturitatis panis, & rerum omnium abundantia, & otium, sive ut lxx. vertunt, divitiarum, luxuriaeque opulenta.

Gravissimum tamen omnium scelus Sodomitarum fuit, quod ex ipsis nomen trahens, omnibus id scelus deinde retinuit. Cum quo etiam conjunctum fuisse crimen idololatriæ, ac multiplici impietatis, minime dubitandum est: cum B. Paulus disputet, peccatum nefandum non tantum esse peccatum, sed etiam idololatriæ peccati poenam.

Pbilo in l. de Abraham, pluribus verbis eorum scelera ad hunc modum describit: Sodomitarum regio pars Chananaeæ terræ, quam nunc Syri Palaestinam nominant, infimis iniquitatibus referta, præcipue propter ventris, libidinum, caterarumque voluptatum studium, jam divino calculo judicata fuerat: Immodicus autem civium luxus, & superflua rerum copia habuerat originem. Accedit enim ad bonitatem agræ, aquarum commoditate, & omnis generis fructuum proventus erat uberrimus. Est autem plerumque ingens malorum occasio, & materies, nimia bonorum copia: quorum satietatem quidam non ferentes, tanquam jumenta lascivunt, excussis à cervice naturæ legibus, veli ad metas potationes, opiparos cibos, & nefarios concubitus. Non solum enim in feminas infansiendo, alienos polluebant thoros, verum, & mares contra naturæ legem cum maribus miscabantur, excreta libidinis foeditate, atque irrita naturæ proposito: cum nempe finis est in carnali commixtione, generatio prolis. Nec quicquam illis proficiebat reprehensio, violentis scilicet concupiscentiis coacta cedere. Atque ita paulatim affuefacti homines illi muliebria pati, effeminatum morbum sibi conciliaverunt insanabilem: Reddidi namque mollitiem in corpus recepta, animos quoque reddidit ignavissimos, quantumque in ipsis fuit, universum corrumpere genus humanum. Nam si Græci unâ cum Barbaris hos imitati in tale scelus conspirassent, deserta profecto fuissent omnes deinceps civitates, tanquam exhaustæ pestilentia. Nefarias igitur, atque immanes illorum hominum libidines perosus Deus, prorsus abolevit eam gentem, non vulgari aliquo, & usitato, sed novo, atque mirando afficiens supplicio. Hæc verba Pbilo.

Neque desunt auctores minime contemnendi, à quibus prodicium sit, etiam ante diluvium præpositæ libidinis usum fuisse non solum in hominibus, sed etiam in animalibus: atque ob eam maxime causam à Deo vehementer offensus, & irato mistum esse Diluvium.

De JOSEPH Patriarcha memorat Moyses, quod accusaverit adhuc puer 16. annorum fratres suos, maxime filios Bala, & Zelphar, inquit, Cyrrum, cum quibus pascebat oves, de crimine pessimo apud Patrem, quod nonnulli intelligunt Sodomiam, quod vocat pessimum propter enormitatem, quæ in illo reperitur. Est enim peccatum hoc mutum, & propter flagitii magnitudinem ideoque silentio premedum.

Ex veteribus historiis Ethnicorum manifestum est hoc genus flagitii apud Græcos, & Romanos fuisse vulgatum, & publicum; & à multis levi in crimine habitum.

Apud Ciceroem CORTA Romanus Senator, & orator concedentibus, inquit, antiquis Philosophis, adolescentibus delectatur.

O flagitium! dicitur scelus Philosophorum, cui vix ullum plebendo supplicium fatis videri possit!

Cic. l. 1. de natura Deor. dolet emanasse hoc genus flagitii è gymnasiis Græcorum, in quibus istiusmodi liberi, & concessi sunt amores: idemque queritur, magistros virtutis Philosophos, & horum Principem Platonem, magnam huic turpitudini auctoritatem tribuisse.

De Græcis autem, & Romanis, sapientia studio, & fama claris, sed hoc scelere contaminatis, gravissima oratione disputat Paulus in ea epistola, quam ad Romanos scripsit. Propterea, inquit, tradidit illos Deus in passionibus ignominia. Nam femina eorum immutaverunt naturalem usum, in cum usum, qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali usu foeminae, exarserunt in desideris suis, invicem masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.

IN NOVO TESTAMENTO.

Ubi de Sodomia Joannis Calvini.

Operæpretium hic esse non puto recensere eos, qui scelus hoc meritis flammis expiantur: estque infamia, & turpitudine notati existunt etiam hodie apud Italos, præcipue Venetos, Florentinos, & alibi.

Unum tamen præterite nec debemus, nec possumus, Novatorum hujus sæculi Principem, & velut Antesignanum, novi Cacangelii verum Lucifugum Joannem Calvinum, quem etiam hujus criminis infamia notatum, & ob eandem candenti litio inter scapulas signatum, ut ita velut novus Antichristus alioque inter suos chara terra insignitur: tam constanter affirmant Catholici, quam frigidè negant illius sectatores. Neque tamen Catholici, ex aere, aut proprio cerebro hoc dicunt; sed fulti & scriptorum auctoritate, & fama communi jam an. 80. extensa, & vulgata.

PRIMUM, qui hæc scripsit, HIERONYMUS Bolsecus medicus, conficius secretorum Calvinii, ut ex præfatione ipsius apparet. Hic in ejus vita, quam dedicavit Primati Franciæ Archiepiscopo Lugdunensi, cap. 5. ita scribit: Nihil jam de nativitate dicam, quæ in annum 1509. incidit, quo Novioduni Picardiae in lucem editus est. Neque etiam commemorabo de patre ejus Gerardo Calvino aliud, nisi impium hominem fuisse, & in Deum maxime blasphemum: quod de illo testimonium præcipui aliquot cives Noviodunenses interrogati perhibuerunt. Notariusque legalis in publicas tabulas retulit; quarum exemplum cuidam Bartolæo Domini, Secretariusque Genuensis Secretario, Noviodunum hujusce rei gratia, ut in vitam, atque mores Calvinii inquireret, & qualis adolescens fuisset, exploraret, præcipue misso, & collatus. Quod ego testimonium publicum apud hunc vidi, & in ipsiusmet manibus inspexi: & idcirco ut rem verissimam commemorare possum. In quo quidem testimonio hoc quoque erat adjectum: Calvinum, cum Curatum illic beneficium, & aliud Sacelli ejusdem Sacerdotium obtineret, Sodomitici sceleris convictum in vitæ discrimen venisse, ut igni, quæ huiusmodi sceleris ordinaria, & legitima poena est, cremaretur. Cæterum Episcopi urbis commiseratione poenam moderatam retulit, ut caetero candens ejus humero libi inureretur, quo probro confusus, neque talem ignominiam ferens, utrumque Ecclesiasticum beneficium in Pastorem Noviodunensem transtulit, & ab ea certa pecuniæ summa accepta, in Germaniam, deinde in Italiam profectus est, fortune, si quam sibi propitiâ invenire possit, se permittens. Hactenus Bolsecus. cui quidem narrationi nunquam discipuli Calvinii contradixerunt, aut contra Bolsecum injuriarum egerunt pro magistro suo.

SECUNDUS sit Jul. Brigerus. Hic in floribus Calvinistar. ita scribit: Calvinus cum Novioduni Curatum beneficium, & aliud Sacelli ejusdem Sacerdotium obtineret, sodomitici sceleris convictus, in vitæ discrimen venit, ut igni cremaretur. Cæterum Episcopi urbis commiseratione poena

poena moderata cauterio candens eius humero silium est in-

tertius sit Thomas Stapletonius, qui in Promptuario in Ca-

hac ille ante annos circiter 23. quia conscripta illa aliquot

quartus sit praeclarus martyr Edmund. Campian.

sextus, Surius ab ann. Dom. 1538. ita de Calvino scribit:

septimus sit Guilielmus Reginaldus in haereticorum scriptis

maiores: quibus accedat octavus Conradus ipse Schlüsselber-

Accedunt multae rationes, & indicia, quae rem ostendunt

Secundum, quia narrat Florimond. Praes. Burdegalensis l.

Ex Lucubrationibus Leonardi Lessii in Appendix ad consul-

SODOMIAE ENORMITAS, ET PUNITIO A DEO INFLECTA.

Illam tangit, & inculcat S. AUGUSTINUS, & AMBROSIIUS.

AMBROSIIUS vero ait. Offerebat S. LOTI filiarum pudorem.

Sic & LACTANTIUS. Quid potest sanctum esse iis, qui at-

Viderunt etiam Ethnici, & quibus Tibullus.

Quam vero Deus severè hoc flagitium puniverit, exinde

Sodomorum, & finitimarum urbium horrenda excidia no-

Apostolus quoque Graecos, & Romanos ob simile facinus

Et quis scit, quam ob causam Deus Veneratorum Republica-

Legimus in historiis Profanis, nationem quandam robu-

do, qui fulminibus in eos vibratis omnes exusserit, & huius facti

POENAE A LEGIBUS INFLECTAE.

Lex civilis, ut habetur in Codice Justiniani ad legem Juliam

Interrogatus autem, cur hoc modò eos puniret, Nunquid, re-

Edita etiam esse constitutio ab Imperatoribus, qua Sodomitae

Eidem criminis statuta esse Jure communi confiscatio bono-

Exempla obvia sunt eorum, qui variis locis apud Chri-

De Joanne CALVINO haereticarcha de hoc scelere convic-

* Sol.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SOL omnium Planetarum princeps, & astrorum modera-

SITUS, ET MAGNITUDO.

Docent Astronomi, Solem in se continere totam quantitatem

centum quadraginta millia miliarium, quod tantumdem est,

* Sollicitudo.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SOLICITUDO est nimia mentis anxietas, aut occupatio, quam

SOLICITUDO haec si modum excesserit maxime noxia est fa-

PRIMO, quia includit cupiditatem rerum temporalium,

TERTIO, impedit bonas inspirationes, ne fructum faciant,

PROHIBITA.

CHRISTUS verbis superioribus eam vetuit, ac prohibitionem

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

CHRISTUS verbis superioribus eam vetuit, ac prohibitionem

Deinde addit novationes. PRIMA est, quod gentium sit

omnia tanquam villa, & parvi momenti nobis adicienda: si cur in emptione rerum pretiosarum, villa quadam mansissa loco adici solent. Tertia, quod crastinus dies, cum praesens fuerit, sollicitus erit sibi ipsi, sufficere enim diei suam militiam, id est afflictionem, & solitudinem ipsi congruentem, nec oportere eam ex futuris diebus accipere, & praecipere.

S. BASILICUS expendens verba Christi paulo ante citata. Vult Deus hoc praecipere, ait, non esse nos nimium sollicitos sed, quod confidamus in Domino. Rursum: Labor exercendus est, sollicitudo tollenda, ait S. Hieronymus in hunc locum. Non his reprehenditur, ait S. Augustinus de serm. Dom. in monte l. 2. c. 26. Non dixit, qui seminare non debeas, sed quia sollicitus hinc, atque anxius esse non debes. Nec ait, non oportet operari, sed quia pusillanimitas esse non oportet, & curarum angore distendi. Et in opere imperfecto in Mattheo. Dixit Deus primo parenti: In sudore vultus tui comedes panem tuum; non dixit in sollicitudine, & cura. Ergo non sollicitudine spiritus, sed labore corporis acquirendus est panis. Damnat igitur sollicitudinem anxiam, & inquietam circa temporalia.

AB ETHNICIS REPREHENSIO.

Hanc nimiam, & superfluum sollicitudinis vanitatem videre, etiam Ethnici, & rerum coelestium ignari scire potuerunt.

ARISTIPPUS Philosophus validissimis argumentis hortabatur, nec de praeteritis curam postea suscipiendam, nec de futuris ante. Id enim animi bene constituti signum esset. Jubebat autem in diem animum intendere. Solum enim aiebat praesens in manu positum esse nostra, non praeteritum, nec incertum. Illud enim abiisse hoc adventurum sit, incertum esse. Aelianus de var. hist. lib. 1. 4.

PHOCION Atheniensis dicere solebat, multo fatius esse humi cubantem vivere, ac bono, quietoque animo esse, quam perturbatum in aureo lecto. Stob. serm. 1. de Prudentia.

QUAE LICITA, ET COMMENDATA.

Moderata, sollicitudo rerum temporalium, quae a servitute Dei hominem non distrahit, CHRISTUS suo praecipit non venatur, qui cum loculos haberet, non modo in crastinum, sed in plures quoque dies sollicitudinem quandam habuit.

Sic enim frustra provocaret nos SALOMON ad imitationem providae sollicitudinis formicae. Prov. 6. cap. 30. Nec mulierem fortem a cura domestica commendare debuisset. Prov. 31. 13. 15.

Non fuisse quoque laudanda sapientia JOSEPHI solliciti in septennium. Gen. 41. 35. 48. Nec debuisset CHRISTUS laudare ut fidelem, ac prudentem familiam praepositorum, qui dare illi possit in tempore tritici mensuram. Mattheo. 24. 45.

Cessare postremo deberent mechanicae artes omnes, ut operatum, servitiorumque labores, & patrisfamilias cura in thesaurizando pro filiis. 2. Corinth. 12. 14. Et ratio est, quia non vult Dominus ut omnia vitae huic necessaria sponte, absque ulla cura ipsius, & sollicitudine, proveniant, id enim ipsi esset occasio otii, & desidii, quae maximorum malorum est origo, & merito pulvinari diaboli esse dicitur: sed vult ab eo laborem, & sollicitudinem adhiberi; ut hoc exercitio occupatus, avocetur a libidinibus, aliisque peccatis, quae otium parit. Verum haec sollicitudo debet esse moderata, & commenda rebus, quibus impenditur, ut non sit nimis anxiosa, quasi Deo non esse curae nec major tribuatur corpori, quam spiritui; temporalibus rebus, quam aeternis: humanis quam divinis, vel saltem ne haec praeter illis negligantur.

Solitudo.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SOLITUDO Graece ἄσκησις, ἔρημος est locus desertus, inhabitatus, ad quem raro homines veniunt, accipitur pro omni loco, ad quem aliquis secedit, ut liberius contemplationi, aut meditationi vacare possit, a curis, & perturbatione solutus, & vacans. Etiam Solitudo idem est, quod vita solitaria, cujus commendationem, & laudes, tam Sacri, quam profani Scriptores fuisse celebrarunt.

SOLITUDINIS ENCOMIA. EX S. SCRIPTURA.

Deus animae sanctae, cui revelare sua secreta voluit, dixit, per Oseam: Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.

Neque aliud est, quod per Apostolum dicit: Nemo militans Deo implicat se secularibus negotiis, ut ei placeat, cui se probavit. 2. Tim. 2.

Sicut JOANNEM ad praedicationem, sic MOYSEN ad principatum populi sui DEUS vocavit in deserto: & loqui volens familiariter Moyse, tollit eum scorum in monte Sinai. Exo. 3. 1. 19.

Angelus consolatur Agar in solitudine deserti. Gen. 21. Elias extra urbem, & in spelunca erat, quando ei familiariter loquitur Dominus. 3. Reg. 19.

Quando DOMINUS cor nostrum solum invenit, ab omni vana cupiditate vacuum, a cura, sollicitudine, perturbatione liberum, tunc cenaturus nobiscum sedet. Qui enim ad otium nostrum stat pulsans, non intrabit, & cenabit, nisi aperiamus ei. Non autem aperitur cor Dei, nisi claudatur mundo: quia nemo potest duobus Dominis servire: sed aut unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Mattheo. 6.

Hac est solitudo, quam Deus diligit, ei soli adherere, soli servire, soli vacare. Hanc mirabiliter adjuvat solitudo externa, conversationis, & familiaritatis humanae fuga, quam tot sanctissimi viri in desertis solitudinibus vitando sectati sunt: quos in numero Sapientum iustorum Apostolus ponens, ait Hebr. 11. in solitudinibus errantes, in speluncis, & cavernis terrae, quibus dignus non erat mundus. Ad hoc proxime accedunt, qui communi hominum vita segregati, claustrisque conclusi, cenobiticam, & monasticam vitam agunt.

ETHNICORUM SCRIPTIS.

Hanc solitudinem omnibus affectandam, ut quantum fieri possit, & quantum communis vitae necessitas concedit, a convitiis, conversatione, & familiaritate nimia hominum (nisi forte honorum, quorum exemplis, & consuetudine proficias) se subducere, quam fit virtuti, & pietatis res necessaria, pulchre docet Seneca epist. 7. Quid tibi vitandum praecipue existimem, quæris? Turbam. Ego certe confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores, quos extuli, fero. Aliquid ex eo, quod compositi, turbatus aliquid ex his, quae fugavi, redit. Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, immo verò crudelior, & inhumanior; quia inter homines sui. Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recte: facile transfertur ad plures. Unum exemplum luxuriae, aut avaritiae multum mali facit. Convictor delicatus paulatim enervat, & emollet. Vicinus dives cupiditate irrat. Malignus comes, quamvis candido, & simplici rubiginem suam affricat. Quid tu accidere his moribus credis, in quos publice factus est impetus? Necessesse est, aut imiteris, aut oderis. Utrumque autem devitandum est: ne vel similis malis fias, quia multi sunt; vel inimicus multis, quia dissimiles sunt. Haec ille non minus sapienter quam eleganter.

Et rursum lib. 2. de ira c. 5. Sicut per frequentia urbis loca properant, in multos incurritandum est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respici; ita in hoc vitae actu dissipato, & vago multa impedimenta, multae querelae incidunt. Alius spem nostram secessit, alius distulit, alius intercipit. Non ex destinato proposito fluxerunt. Haec ille.

Ita videlicet multas animi perturbationes asfert, & variè, multumque a Deo distrahit illa vita communis, quae negotiorum curis plena, quae cupiditatum spem, aculeis undique obfessa est: quoniam tamen ferè omnes infans appetitu affectant.

Verè Sen. in Hippol. Non alia magis est libera, & vitio caret, Ritibusque melius vita, quae praescos colat, Quam, quae reliquis membris Sylvas amat.

Scriptis PETRARCHA de vitae solitariae laudibus, & inter alia ita habet. Surgit solitarius, atque felix otiosus, modica quiete recreatur, somnoque brevi non fracto, sed expleto, & interdum permotantis philomela cantibus expectatus, thoroque vix dum leniter excussus, pulsusque corporibus, quietis horis passatè incipiens janitore suorum laborum, ut aggressus inde maturis laudibus aperiat, devotus exponit, & cordis sui Dominum in adiutorium vocat. Nichilque jam viribus suis videns, imminenti conscius, metensque discriminum, ut festinet, obsecrat, nullis tendens fraudibus intentus, sed Dei gloriam, & Sanctorum laudes non in diestantibus, sed in hora, & indefesso lingua famulatu, & pio mentis obsequio repetens, ne quando forsitan ingrato animo, divinatorum munerum memoria evanescat. Et saepe interea (mirum dictu) securi timoris, ac tepiditatis plenus, memorque praeteriti, ac futuri praevidentis laeto dolore, felicibus lacrymis abundat: quem statum nulla

nulla voluptas occupatorum, nulla unquam urbanae deliciae, nulli regnorum fastus aequaverit. Inde suspiciens caelum & stellas, ac illic habitantem Dominum Deum suum, tota mente suspirans, & patriam cogitans, de exiliis sui loco protinus ad honestae cupiditatis, iucundaeque lectionis studium convertitur. Atque ita cibis pastus amoenissimis, multa cum pace animi, ventura lucis initium praestolatur. Franciscus Petrarca, de vita solitaria lib. 1. c. 2.

APOPHTHEGMATA.

CLEANTHUS conspiciens quandam solitariam, ac secum loquentem: Haud, inquit, loqueris, cum homine malo. Quidam ita referunt. Vide, ne cum homine improbo loquaris: Malis enim periculosa est solitudo. Laert. lib. 7. c. 2.

PRYTHO, deprehensus aliquando solus, ac secum loquens, rogatus, quid solus ageret? Meditor, inquit, esse probus. Sentiens, ad id utilem esse solitudinem, inutilem turbam. Laert. 1. 9. c. 11.

ANTISTHENES ridere solebat Athenienses, subinde gloriantes, quod essent antiochthones, hoc est, indigenae: eò quod non aliunde eo commigrassent, nec patriam sedem mutassent unquam, dicens, hoc laudis illis esse, cum testudinibus, cochleisque commune. Nam & haec animalia nunquam mutant domicilium, in quo nascuntur. Laert. 1. 6. c. 1. Idem, rogatus quid emolumentum cepisset ex philosophia? Ut necum, inquit, loqui, five vivere possim. Doctus, etiam si solus sit, non sentiat adium solitudinis: sed multa praerata suo cum animo versans, quasi secum loquitur: in doctis molestissima est solitudo, atque etiam inutilis. Laert. 1. 6. c. 1.

MYSON, incerta patriae quaedam fuisse traditur, non alienus a moribus Timonis Atheniensis. Hinc cum quidam forte deprehendisset in solitudine ridentem, rogabat, quid rideret, cum esset solus? Atqui hoc ipsum, inquit, rideo, subindicans sibi gravissimam esse solitudinem. Laert. 1. 6. c. 10.

Minutus voluptatibus stimulari, qui non est, ubi frequentia voluptatum objecta potentias ad agendum commovet. Hinc tantum solitudinis cultores praei illi ANACHORETAE. Inter quos non infimus, SYFOS Abbas. Hic enim dum jam senio confectus, a discipulo suo Abrahamo moneretur ad mundum se transferret; placet, ait, verum ad eam partem, è qua proscripserat mulieres, cui Abraham. Ubinam gentium id futurum, praeterquam in solitudine? Abbas quasi ad haec verba anhelans; Ergo me rursus in solitudinem tollite. Ex vitis S. S. Anachoret. Egypt. lib. Beyerlin. Apophth. Christ.

MOSS Abbas percontanti fratri, quomodo ad rerum omnium scientiam pertinere valeret; Vade, inquit, ad cellulam, & ipsa te docebit universa. Ibid.

ARSENIVS Abbas. Vide Consortium. Addamus unicuique solitudinis ornamentum ANTONIVM. Pulsaverat jam ejus nominis fama orbes Constantinii Caesaris; qui videndi ejus desiderio tactus, mittit, qui ad palatium ducant. Ille Majorum limina despicens, suae cellulae amans; Solitudo, ait, monachis miranda, velut piscibus aqua alimento: & velut hi in continentem recepti vitam; ita illi in urbes egressi, monasticam amittunt disciplinam, & gravitatem. Solitudinem querit, ait Seneca Philosophus, qui vult cum innocentibus vivere. Fuge multitudine, fuge paucitatem, fuge & unum. Unus pro populo mihi est, & populus pro uno, mihi finis est unus, satis est nullus. Ex P. Opusculo in Martyrol. Holl. Beyerlin. supra, & Niceph. lib. 8. c. 4.

Lubet hic atterere colloquium inter Solitariam, & urbium habitatorem, per Cornel. Musium, Delpho-Batavum Theologum, Poctam, & Martyrem, aliquando scriptum, & vulgatum. Est autem tale:

Urbanus celeberrimè Monachum cum viseret, atque Attontus frontemque haurire, corpusque videret, Ut praeis infrastrum, verbis affatur amicis, De multisque rogat bonum (num pedore aperto An sibi scirent, nisi quod discerneret illinc Nondum persuasus tali se credere vitae) Quidquid id est, solido stantes, in cespite, tandem Alterius breviter vicibus haec seria tradant. Et prior Urbanus, vegeto, inquit, corpore cum sis, Equid edis quæso? Sol. panem, modicumque potentiae, Atque olus interdum, tenui aut cum lacte legumen. Urb. Haec tibi solus habet: sed lasso porrigere parum. Sol. Ecce tibi ante pedes puteus, quantum libet bauri. Urb. Num carnes comedis? Sol. non sum lupus. Urb. ane Corinthi Splendida vasa tibi? Sol. Samis jucundus utor. L. B. Theatr. vita Hum. Tom. VII.

URB. Quis coquus est? Sol. igitur. Urb. famulus quis? Sol. nolo alere hostem.

IPSE domi. Urb. ac famula saltem caruisse molestem.

SOL. Tartareas bobitat hominum aduersarius ades.

URB. Uxorera sed habes? SOL. non se sum stultus ut Orpheus?

QUI nigra, Euridicen rapturus, lumina adivo.

URB. Cur pulchras ades, & populosas deseris urbes?

SOL. Cur urbes linguam? curas, & tedia linquo.

EFFUGIO & scelerum Lernam, & semper in ipsis Urbibus, & populis regnari, & noxia menti.

Multa ferunt secum, quae vita monastica nescit.

URB. Vivorum interea spernens consortia, quare In defunctorum scriptis tam sedulus haeres?

SOL. Quod minimum à viris verbo, exemptioque honorum Percipio ex libris, ut vix mala paucula carpo.

Sic horum assiduas lector bona plurima disco.

URB. Mahe animo felix, sed me discedere tempus: Nota vocat, mercator adest, qui mercibus usque

A Tanai advehit multa prece saepe vocatum Appulit in portum: viso nam fanora multa

Adferat, an vanis fallat mea serinia spes.

SOL. Heu quam difficile est locupletis linguere mundum r

Et summa etheri penetrare palatia regni!

Vide ejusdem Poetae versus de vitae solitariae laudibus in fine hujus Loci, ubi verat illius, & varia encomia, ac commoda F

propomuntur.

VITA SOLITARIA RELIGIOSA. EJUS SUSCEPTIO.

QUIE DITA REGES.

JOSEPHAT Indiae Rex, Avenir. Regis. F. Barlaam Eremitae suavis fidem amplexus Christi, postquam omnes, qui suae ditionis erant, baptisimatis gratia renovandos curasset, adificatis viciniam Ecclesiam, deposuit regnum: nihilque secum ferens, nisi mundanae gloriae contemptorem animum, secessit in solitudinem: junctusque ipsi Barlaam, vitam traduxit in eremo, quae dicitur terra Senair. Jo. Dannef. & Mar. lib. 1. c. 1.

MICHAEL Curopalates Constantinopolitanus Imp. in bellis semper victor, scmel à Bulgaris superatus, praè pudore imperium deposuit: & quod vix superhite, religiosè in solitudine transegit. Fulg. & Egn. lib. 4. c. 5.

SALOMON Hungarorum Rex à patribus suis, Ladislao, & Geyfa Ducibus, quibus iniustas struxerat infidias, regno pulsus, Chutesci Chunorum principis auxilio instructus, bis magna cum strage ab Hungaris repulsus est. Istrum glacie concreta sicco pede transiens, proxima sylva socios curare corpora iussit. Ipse posito scuto, tanquam natura necessitati, factis facturus, seorsim abiens, eremum incolit, hominum congressum vitavit, semel tantum Colomanno regnante in Hungaria visus, nusquam amplius apparuit. Tandem in Iltzia sylvis corpore solutus, Polze sepultus dicitur. Bonfin. 4. de ad. 2.

JUDOCUS Vinnoci frater mortuo patre Judicail, spreto Regno, cum quibusdam Romam peregrinansibus, sumpto baculo, & tabula abiit, & clericis officio inter ipsos sanctus est. Postquam autem in pagum Pontium post annos undecim delatus fuit, hospitium ab Haimone Duce impetravit: factusque est Judocus presbyter, & Haimonis filium de sacro fonte levavit. Post annos septem abdicans se ministerio, secessit cum discipulo Mirmaro in eremum: & in loco, qui dicitur Brahic, cellulam extruxit, vacans assiduis precibus. Mendicis eò venientibus omnes suos commeatu distribuit. Murrante autem ejus famulo, quatuor naves onustae cibo, & potu ad ejus cellulam sine regimine venerunt. Vexatus à diabolo mutavit locum, & alium elegit Rumachum nomine. Eduxit vivos latices ex arido solo, baculo terram percussis, cum Haimo in venatione sitiret. Romam abiit Sanctorum reliquias secum abductis, caecam puellam illuminavit: & ad suam facellam delatus, in pago Pontio obiit, anno Domini 653: juxta Siebertum. Petr. de Natalibus lib. 1. c. 65. & Vincen. 24. c. 105. & 106.

SUATACOPUS Moravorum Rex Arnulfo Imper. tributum pendere recusans, acie victus, mutato habitu fugiens, in monte Sambri tribus eremitis sese conjunxit. Mortens tandem quis esset confessus est: & à filio Volegradum relatus. Aen. Sylv. in Hist. Bob.

Cardinales. PECTUS Damian. qui Cardinalatus honore insignis, Hostensis

stiens Episcopatus titulum gerebat, Pontifice Gregor. VII. Cardinalatus dignitatis, atque ejus pompæ, longa majori animo, quam plerique eam parare nitantur, renunciavit, atque in eremum se transfudit: sapienter intutus, quot labores, maloque purpura tegat: contraque quantum quietis atque bonæ spei eremus polliceatur. Fulg. l. 4. c. 1. & Plac.

Monachi prius.

HILARION *Vide Tit. Fugere conversationem.*
ONOPHRIUS Monachus, cum Hermopoli in monasterio se se aliquamdiu exercuisset, quasi è ludo ad certamen progredi cupiens, ad quandam vastissimam eremum solus abiit, & in ea annos sexaginta hominibus prorsus incognitus permanit. Consumptis autem, quæ secum tulerat, indumentis, superiorem corporis partem barba, & capillis, inferiorem, ubi plus pudoris est, arborum foliis, virgultisque contexerat. Annos triginta non alio pabulo usus est, quam quod arbores, herbeque sylvæ stræ dabant. Totidem pane se, & aqua frigida sustentavit: Hunc tandem humaniorum victum sibi ab Angelo, à quo etiam Eucharistiam Dominico quoque die accipere solitus erat, suppeditatum sibi ferunt. Pappucius Abbas, qui vitam ejus Græco sermone scriptam edidit, dum desertum peragraret, eodem die, quo in eum incidit, cum vivo collocutus est, defunctum sepelivit. *Marul. l. 1. c. 10. & Sabl. 2. c. 2. & Pol. l. 17.*

VENERIUS Othone III. & Greg. I. tempore ex cœnobio S. Benedicti apud Tybur, ubi degebat, injussu Abbatis in solitudinem proximam, in insulam Palmariam perrexit. Castigatus deinde à Romualdo Abbate, millionem impetravit, inventus in horrido, & ætalo saxo mortuus in genu cernuus. *Volat. lib. 20. Anbrop.*

CALUPPA, vel CALYPANES in monasterio Meletensi, in finibus Arverni Monachus fuit. Deinde ab Avito Episcopo Diaconus ordinatus est. Dono sanandi divinitus ornatus fuit: nam multos infirmos curavit. A cibo, & potu adeo abstinebat, ut operas impositas imbecillitate impeditus facere nequirit. Eam vero ob rem à proposito male acceptus, monasterium deseruit, & in eremum secessit, & in excisa rupe cellam sibi fabricavit. Diabolus ei interdum serpentes, interdum verò draconis forma apparuit, & molestiam exhibuit: Cui aliquando respondisse fertur: Tunc es ille, qui primos parentis paradiso exturbasti, & fratris dextram participio truentasti? Apagete, nihil enim commercii tibi cum Christi servis, & fidelibus. Demones tortore totum locum repleverunt, ac evanuerunt. An. 50. mortuus est. *Tur. in Vitis Parr. c. 11. & l. 5. c. 9.*

D. BRIGIDA Romæ degens habuit confessorum religiosum nomine Alfontium: qui postea eremiticam vitam eligens multa scripsit ex his, que ex ore ejus accepit. *Croniq. l. Metri. c. 48.*

MAINARDUS Berchtholdi Comitis Sulgoniensis ad Danubium filius, ex voto matris primum monasterium Divitis Augusti ingressus, mox in Eremo Helveticorum solitariam vitam sanctissimam egit sub Ludovico Pio Imp. A duobus latronibus an Dom. 863. interfectus & in divite Augusti sepultus est. Desertam ejus cellam sexaginta annis post Eberhard. Decan. Argentinenfis, & Gregor. F. Anglorum Regis inhabitare ceperunt, donec ab Othone I. monasterium illic ædificatum est *Stumpf. & Bruschius, Sig. an. 856.*

Theologi.

D. BRUNO Colonia Arippina oriundus, literarum gratia Lutetiam, studiorum nomine tum celeberrimam, se contulit. Ibi canonicus factus, inter professores locum tenuit. Præceptoris autem sui, cui defuncto jam exequia parabantur, voce (qua capite è pheretro exerto, se damnatum quererebat) motus, in eremum quandam, sex aliis cum comitantibus, egressus, vitam egit duram. A loco, quem incolebat, Cartusianorum Ordini nomen inditum est. Post annum sextum, per Urbanum discipulum suum, qui jam Romanæ præerat ecclesie, revocatus, suam et in Ecclesie negotiis præstitit aliquamdiu operam. Verum sacre curie laborum peractis, ad locum pristinum contempto simul Archiepiscopatu Rhegensis, quem accipere jubebatur, rediit. *Ranulph. l. 7. c. 4. in Polycbr.*

Nobiles.

STEPHANUS præpotenti familia apud Arvernos patre Stephano natus, Milone Beneventano antistite à primis annis usus est præceptore. Ex ephebis egressus, peregrinationibus suis occupatus. Tandem prope Lemovicis Aquitanie in densissimo nemore inter spincta, cum uno, atque altero socio, sedes fixit. De-

functum discipuli in eremo in Grandimonte sepelierunt: unde novum postea Grandimontensi ordini nomen inditum fuit, ut suo loco diximus. *Vide Tit. Monachorum ordines.*

Mercatores.

APOLLONIUS quidam tota vita sua mercaturam exercuerat, literarum prorsus rudis: senex autem in Scethum abiit, ad monachorum medicum communem egit, diebus lingulis ad decumbentes accedens, illisque medicamenta, & necessaria alia, quæ propriis pecuniis sibi comparaverat, exhibens. *Sozomenus lib. 6. c. 29.*

Latrones.

BANONEM in Gallia ex prædone monachum factum accepimus: & qui in sylvis viatores desfoliare solitus fuerat, postea in monasterio cella inclusum vixisse, manus, ac pedes vinculis ferreis onerasse, hordeaceum panem cinere mixtum esitasse, carne, vinoque abstinentie: cilicium pro fratro, lapidem pro pulvillo habuisse: sæpe dum Deo laudes diceret, eundem lapidem humero sublatum tenuisse. Catalogo tandem Sanctorum adscriptus. *Marul. lib. 4. c. 10. & l. 2. c. 12. & Fulgosi l. 6. c. 9.*

MOYSES Maurus latrocinis Egyptum infestaverat: sed Anachoretarum inibi vitam contemplatus, Isidori Abbatis in Scethi apud Thebaidem factus est discipulus. Quinque & septuaginta annos Deo in solitudine servivit, sex annos cella inclusus permansit: ad multam noctem stans orabat, pane tantum, & aqua sustentabatur. Nocte peragrato solitariorum turgida, hydraisque eorum aqua replebat, ut procul hautum petentibus laborem levaret: peracto officio tacitus redibat. Proferitur factus monachorum, mortuus an. stat. 77. præstantissimus discipulis post se relictis. *Sozom. l. 6. c. 29. & Marul. l. 4. c. 10. & l. 2. c. 12.*

QUA OCCASIONE, V. G. Perfectionis.

PAULUS Thebeus primus Eremita apud inferiorem Thebaidem, cum Decii, & Valeriani persecutionem fugeret (mœuens ne à fororio proderetur) sexdecim annorum adolefens solus deserta petiit. Et inventa in montis radicibus saxa spelunca, quam juxta molliter fluens rivalis terram irrigabat, & effusus desuper ramorum umbraculis palma Solis arcebat ardore. Capus amenitate loci, ubi latere concupierat, habitare cepit. In tantum, ut cum centum, & tredecim vixisset annos, nunquam ipse discessit, hominem nunquam vidit: præterquam die vite supremo Antonium jam monachorum divinitus monitum, à quo & humatus fuit. Palma primo fructibus nutritus est, deinde per annos sexaginta dimidiatis panis fragmentum singulis diebus comedit, corvo ministrante. Neque aliud quam aquam bibit. Indumento de palmarum foliis contexto nuditate operuit. *Hieron. in ejus vita.*

Imperatore Decio Christianis religionis gratia dive xante septem Adolefentes fratres Ephesi ex iisdem parentibus nati, cum palam Christum profiterentur, timore persecutionis exanimati urbe secesserant, ac sese in speluncam proximam montis abdididerant. Cujus aditum industriis persecutores extrinsecus ita obsecraverunt, ut evadendi etiam emixt molientibus facultatem eriperent. Pueri, ut se clausos, vallatosque senserunt, in motorem conversi, repente somno acriore oppressi sunt, atque ita usque ad ann. Salut. 246. sopiti manserunt. *Vide Tit. Fugere conversationem.*

ARSENIVS Diaconus Romane Ecclesie à Zona dicitur, cujus discipulus Theodosius duos filios Imperatores, Honorium, & Arcadium commisit, non ut Imperatores, sed ut vulgares, ut plagis etiam coercerentur. Aliquando cum Arsenium liantem, filios sedentes Imperator vidisset, gravissime eam rem tulit. Fortè plagas Arcadio Arsenius inflixerat. Arcadius cum occidere cogitabat subornato percussore. Arsenius recognita clam in solitudinem Scethum confugit. Quem cum illic solitariam vitam sanctè profectum Arcadius audivisset, delicti veniam petiit, & multos libros muneri misit. Vixit in ea eremo Arsenius, aliorum monachorum præceptor. *Nicephorus lib. 12. c. 23.* Alii tamen fenatoti Ordinis sub Honorio fuisse ajunt, cumque Deum rogasset, qua potissimum ratione salvari posset; responsum accepit, ut consortia hominum, præcipue secularium, declinaret. Factus vero monachus, inter precandam rursus vocem audivit dicentis: Arseni, fuge, tace, quiesce, ut scilicet devitare fuga frequentiam, taciturnitate præstantiam, quiescere fluxuram, atque fragillium rerum solitudinem. Pro-

Proinde secedens in partes Syriæ, co loci, qui Troem di citur, sedit solitarius annos quadraginta. Deinde in deserto vastiore ultra Babylonem, Memphin versus, annos decem. Postea ad Canopum Alexandriæ annos tres. Rursum in Troe annos duos. Sicque peracto vite cursu nonagenarius vitam reliquit, & ad Dominum migravit, bonis celestibus semper fructurus. *Marul. l. 9. c. 1. & Pol. l. 13. c. 4. Anbrop.*

INDIGNATIONIS.

PAULUS Simplex, discipulus Antonii Magni illius, eremum ea occasione secutus est, quod uxorem cum ad ulterio deprehendisset. Ab Antonio intutus, deinde scorum habitans, miraculis claruit, magistro non inferior. *Soz. l. 1. c. 13. Mar. l. 4. scribit eum ad interrogationem, Eusebii Christiani prior Prophetis? per triennium nemini quicquam esse locutum: ostentum scilicet odiosa, & insulsa quæstione.*

VOTI.

MICHAEL ex Polenti Venetorum urbe oriundus, homo idiota, monasticam vitam amplexurus, à Deo petiit, ut ferreus, quo cinctus erat, circulus rumpere, ubi ad locum suæ salutis congruum veniret, cujus votum etiam comos factus est. Eo enim die, quo eremum peterat, inter preces, lachrymasque largas, statim circulus ferreus fractus est. *Petr. Dam. in vita Domini, ad Alex.*

CONCIONIS.

ANTONIUS Ægyptius Eremita, parentibus defunctis, annum ipse agens circiter viciniorum admodum parvula orbis relictus est: ac primum tum fororis, tum domus curam suscepit. Deinde cum in ea ecclesia concionantem forte audisset recitare didum Evangelicum: Si vis perfectus esse, vade, ac vende omnia tua, que habes, ac da pauperibus, & veni, ac sequaris me, ad se didum illud accommodavit, atque quæ habuit, vendidit: forori parva parte reservata. Meminit ejus *Aug. l. 8. Conf. c. 12.*

CUR. CAUSA

PENITENTIÆ.

ANNO ANASTASII 14. Genebaudus uxore deserta celebs vivebat. Factus Episcopus, uxorem ad se venientem, ut in pietate influeretur, frequenter admisit. Tandem blandis colloquiis victus, cum ea rem habet: quæ gravida ex eo facta, parit filium, quem Latronem appellat. Illa rursus, ut antea ædes ipsius frequentans, concipit, & parit filiam, quam Vulpeculam nominat. Ad se igitur reverfus, multis lachrymis vocato Remigio totum hoc negotium patefacit: & propè desperans, à Remigio consolationibus erigitur. Per septennium inclusus, vixit in angusta cellula, Remigio interim ipsius ecclesiam procurante: Septimo demum anno apparere ei angelus Domini, & jubet ipsum egredi cella. Respondit ille: Sibi non esse integrum, ut exeat: apud Remigium enim claves servari. Angelus vicissim: Ut cognoscas me à Deo ad te missum esse, ecce salvis signis omnibus ostium tibi patebit apertum, sicut & celum tibi apertum est. Genebaudus rursus ad angelum dicit, sese egredi nolle nisi ipso Remigio veniente, ad quo inclusus esset. Itaque angelus Remigio hæc omnia commemorans efficit, ut Genebaudus ex illo carcere liberatus, in episcopatum restitueretur. *Hier. Mar. in Vita Remigii. Refert & Sig. hanc apparitionem.*

SALOMON Ungarorum Rex. *Vide supra, Reges, Eremitæ.*

CASTITATIS SERVANDÆ.

MALCHUS ex vico Matonia Antiochiæ propinquo oriundus, nuptias fugiens, in solitudinem Chalcedisium venit, & cum monachis vixit sub Valentiniano Imperatore, & Gratiano Mortuo tandem patre, ad suos redire volens, à Saracenis capitur, & pascendis ovibus practur. Cùm autem Domino suo liberatus servivisset, servam Christianam matrimonio sibi jungere coactus, mortem sibi ipsi confivisset, nisi ab illa voto communi castitatis suscepto servatus fuisset. Postea subreptis duobus hircis eximie ex pellibus utres consecræ, & fluxuram tranaverte. Insequente Domino, in specum leane confugere: quæ & Malchum cum ferva servavit, & Dominum occidit. Inde ad monachos, à quibus abierat, reversus, reliquum cum illis vitam spatium exegit, conjuge virginibus sacris adscripta. *D. Hier. in ejus vita.*

SERVITUTIS.

Vide supra, Occasione Perfectionis. L. B. Tobat. vit. Human. Tom. VII.

PROFESSIO. QUI ERIMITÆ, ANACHORETÆ, VIRI, ET II VEL

Judei.

HELIAS propheta, propè Jordanem, ad torrentem Carith, solitarius vixit integro triennio, panem cum carne à corvis allatum comedens. *3. Reg. 17.*

HELIXUS discipulus Helie exemplum imitatus, in monte Cartelli cum prophetis habitavit.

BANUS quidam in Judæa solitarius vivebat, sub Claudio principis, arborum ramis pro vestitu, fructibus pro alimento usus, crebrique nocte, ac die lavacris frigidis ad arcendam libidinem sese immergens. Cujus contubernio per tres annos Josephus ille, qui Antiquitates Judaicas scripsit, usus est.

Ab Occidente Judææ, litora Essenti fugitanti, gens sola, & toto orbe præter cæteras mira, sine ulla femina, omni venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex æquo convenarum turba renascitur, largè frequentantibus, quos vita festos ad mores eorum fortunæ fluctus agit. Ita per seculorum millia (incredibile dictus) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam secunda illis aliorum vite penitentia est. *Phu. lib. 5. c. 7.*

CRISTIANI.

Exempla pleraque ex Historia Ecclesiastica seculari desumptis.

JOANN. Baptista Christi præcursor, in eremo vixit, melle, & locustis vescens, zona pellicea cinctus, veste ex camelorum pilis contexta. Tandem ipso Tubarum festo vocationis suæ initium dedit, ann. 15. Tiberii, in Bethabara trans Jordanem primum (quo in loco olim Israelita Duce Josue Jordanem sicis pedibus transgressi erant) mox etiam in Ennon juxta Salim penitentiam annuncians, & Evangelii symbolo sacramento scilicet baptisate, auditores regenerans. Chrysofostomus monachorum omnium statuit principem Joannem Baptistam homilia prima in Evangelium Marci.

PAULUS Thebeus. *Vide supra, Persecut. occasione.*

ANTONIUS Ægyptius, nobilibus ortus parentibus, & Christianis, Scripturas memoriter tenebat. Literas nec scisse eum, nec curasse Sozomenus scribit. *l. 1. c. 13.* ac mentem bonam, ut literis anquiret, illis prætulisse. Ad philosophum quendam, mirantem, quod absque libris esset, dixisse Socrate refert *G. l. 4. c. 5.* Liber meus, o Philosophè, natura est rerum conditarum, quæ mihi præsto est, quocunque sermone Dei legere voluero. Monasticam vitam primus in Ægypto scelerati cepit, non procul à villa sua, omnibus virtutibus clarissimus, celebris & medendi dono, & prophetiis. Sæpe cum de rebus magnis Constantinus consultit: sæpe etiam ad componendas controversias urbes petiit. Contra hæreticos Arianos, & Meletianos acriter disputavit pro Athanasio. Cùm trigintaquaque annorum esset, eremum adiit, multas demonum invidias insuper, & verbera passus. *Sozomenus retulit lib. 6. c. 5.* quod multos in templo per visionem conspexerit sacram mensam subvertente, cætera verò quæ in templo essent, fossidissimè commaculare, ac dissipere. Ex qua paulo post futuram ecclesie vastationem per Arianos fratris prædixit, quæ & biennio post atrox secuta est. In eremo cum per annos latuisset viginti, ad annum usque ætatis quinquagesimum quintum, in publicum tandem prodit, ac familiaritatem cum monachis aliis coluit. Alexandria tempore persecutionis, quam ibi Maximianus exercuit, frequens fuit: ubi, qui ad supplicia, & mortem ducerentur, Christianis semper ad fuit: adeo ut monachis omnibus civitate profectum interdiceret. Post Petri martyrium in monasterium suum regressus est, sed ex quo paulo post in aliam eremum se contulit, ubi ad montem sublimem habitaculum suum constituit. Erat illi cibus panis solus, & sal, potus aqua: prandii tempus Solis occasus, cum tamen sæpius biduum, aut dies plures jejuniis maneret. Vigilabat noctes integras, præcationi vacans usque ad lucem. Si somnum gustaret, dormiebat paululum inclinat: cubabat autem humi, nec undationes nec balnea curans. Nudatum proprium corpus nunquam aspexit. Injuria affectus ut patronus fideliter adfuit, ejusque rei gratia in urbes sæpe commeabat. Interecessit pro multis apud principes, ac magistratus, omnibusque officiosis, ac placidum exhibuit. Similia de eo retulit in Hilarionis vita Hieron. & Eusebii in sermone de Moderatione risus, ubi vestimentis ejus interius fuisse refert cilicium, exterius verò animalis pellem.

Victum fibi quaerit labore manuum : mercedem vero operis sui, panis precio excepto, egenibus largiebatur. Quiescere quando volebat, junco contexto incubuit. Hinc cum jam viginti peregrisset annos, viductus, & Abbas ordinatus, obstruētis monasterii foribus manere coepit, ita ut mutasse lateram videretur, non deseruisse. Cum autem multi variis morbis laborantes eo ventarent, & sani revertentur, crederetur in dies confluentium numerus, gloriam fugiens, procul in ulterius desertum solus abiit, jam nonagenarius, & in loco ab Angelo sibi monstrato confedit. Paulum Thebæum tumulavit, fementem fecit, & olera coluit, fratrum labori parcens, ne fibi necessaria deferendo fatigaretur, tridui iter absentes. Ann. 324. ev. evocari se à Deo sentiens, gravissima conicione fratres hortatus est, ut à Meletianis schismaticis, & Ariani diligenter sibi caverent : & à discipulis petiit, ut cadaver suum sepelirent, & Sanctorem Egyptii facere confueverat. Obiit anno Salut. trecentesimo sexagesimo primo. De ejus habitaculo Hieron. in *Hilarionis Abbatis vita* sic scribit: Saxeus, & sublimis mons per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit, quarum alias arenæ ebibunt, aliæ ad inferiora delatae piaz paulatim rivum efficiunt. Super quem ex utraque ripa palme innumerabiles multum loco & amicitias, & commodi tribunt. De Hilarione deinde loquens, cum post obitum Antonii discipulos ejus visendi gratia adisset : Videres, inquit, senem huc atque illuc, cum discipulis B. Antonii Isaac, & Pelusiano discurrere. Hic, aebant psallere, hic operari, hic festius redidere solitus erat : hac vitæ, hæc arbutula ipse plantavit : illam areolam manibus suis ipse composuit : hanc piscinam ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est : istum farselum ad fodiendam terram pluribus annis habuit. Jacobat in strato ejus Hilarion, & quasi calens adhuc cubile decolcabatur. Erat autem cellula non plus mensure per quadrum tenens, quam homo dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi montis vertice, quasi per cochleam ascendebat, & arduo valde, & duæ ejusdem mensura cellula viscebantur, in quibus venientium frequentiam, & discipulorum suorum contubernium fugiens, morabatur. Verum hæc in vivo excisa saxo ostia tantum adita habebant.

C. HILARION in vico Thabatha, vicino Gazæ Palæstinorum parentibus natus Ethnicis, Alexandria studiis operam dans, Antonii fama excitus, cum xv. annorum esset, ad eremum est profectus. Ut autem eum vidit, repente mutato habitu non ante discessit, quam vitæ ejus ordinem, morumque præstantiam edidicisset. Deinde frequentiam ventitantium non ferens, cum quibusdam monachis ad patriam rediit : & postquam defunctis parentibus omnem hereditatem partim fratribus, partim pauperibus distribuit, solitudinem, quæ in VII. milliario à Majoria Gazæ emporio per litus euntibus in Ægyptum, ad levam flectitur, ingressus est, sacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens empeditem, quem B. Antonius profectus dederat, sagumque rusticum. Vastæ & terribili eremo fruebatur : nunquam in eodem loco mansit, ne latronum pateret injuriæ. A XVI. usque ad XXI. suæ ætatis annum æstus, & pluvias junco, & carice texto turgurulo declinavit. A XXI. usque ad LXXI. cellula usus dicitur, cujus latitudo pedum quatuor erat, altitudo quinque, longitudo paulo potentior, quam ejus corpusculum patiebatur, ut sicut Hieronymus ait, sepulchrum potius, quam domum crederes. Miraculis plurimis claruit : quorum aliquot *Sozomen. lib. 5. cap. 10. & 15.* plura vero in *ejus vita Hieron.* retulit : ut dono medicandi, sanandi à demonibus obsessos, avertendi imminetia pericula, & calamitates, & prophetiæ. Viginti primo anno usque ad XXVII. tribus annis dimidium lentis sentarium madefactum aqua frigida comedit, & aliis tribus panem aridum, cum sale, & aqua. Porro à XXVII. usque ad XXXI. herbis agrestibus, & virgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A trigesimo autem primo usque xxxv. sex uncias panis hortaceæ, & coctum modicæ olivæ, absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caliginem oculos suos, & totum corpus impetigine, & punice quadam scabredine contrahi, ad superiorem victum adiecit oleum : & usque ad LXXII. vitæ suæ annum hoc contentivæ euecruit gradu, nihil extrinsecus aut pomorum, aut leguminis, aut cujuslibet rei gustans. Inde cum se videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à LXXIV. anno usque ad LXX. pane abstinet, incredibili fervore mepis, cœtempore, quo ceteri solent remissius vivere. Fiebant autem ei de farina, & comminuto olere forbituncula, cibo, & potu vix quinque uncias

appendentibus. Sicque complens ordinem vitæ, nunquam ante Solis occasum, nec in diebus festis, nec in gravissima valetudine solvit jejuniū. A precando, & psallendo si quando vacaret, aut humum fodiebat, aut fuscillas ex junco contextebat, quod audiebat, exercitia hæc, & disciplinam esse Ægyptiorum. Lectus ead mortem usque nuda fuit terra, & stratum interdum junceum. Illusiones diaboli multiplices frequenter expertus est, maxime orans, & jejuniis : ut nudas mulieres, instructam mensam dapiibus, gladiatorum spectacula, & aliaque ejus generis præstigia, corporis etiam pulsationem. Tandem ad Paphum Cypri, in secretiore loco obiit octogenerius. Reliquias inde clam in Palæstinam transportavit Helychius discipulus. *Sozom. 4. Hieron.*

JULIANUS Saba circa Edessam Syriæ sub Constantio vixit, miraculis clarus, expellendo demones, & sola oratione morbos curando. Julianus Apostata Ecclesiam Dei persequente, orationi intentus, paulo post confedit : & causam rogatus, apud Dei vineam vantantem penas dedisse condignas respondit. Eventus ostendit, ea hora interdum fuisse Julianum Apostatam Imper. Orthodoxis contra Arianos maxime favit. *Theod. lib. 4. cap. 24. Sozom. lib. 3. cap. 14.* cum jejuniu ita maceratum scribit, ut ossa pelle obducta tantum essent.

ANUS sub Decio Confessor, precando adeo potens, ut quicquid à Deo peteret, consequeretur. *Soz. 3. c. 14.* MACEDONIUS in montibus Antiochiæ vicinis eremita fuit literarum penitus ignarus. Cum autem Theodosius Imper. tributum extraordinarium Antiochenis imperasset, illi ita concitatus, statum aream Placilla Regine demoliri fuerat. Itaque Theodosius & liberatam civitatem eripuit, & cades magnas cogitabat, missis eo, qui id exequerentur, præfectis. Macedon. fama rei excitus : in media urbe præfectos ab equis descendere jussit, & Imper. suo nunciare : Meminisset se hominem esse, & dei Opt. Max. nunc pendere, ejus benignitatem imitaretur : neque propter aream stratum, Dei imaginem hominem crudelitatis interficere curaret : maxime cum statua multa pro una reponi possent, at ne pilam quidem Imp. interfecit homine restitueret possit : Præfecti Theodosio rem indicant. Ille Macedonio paruit, & Antiochenis peperit. *Theod. 4. c. 20.*

HELLAS in Apeliote, in finibus civitatis Athineos (quæ quondam Thebaidis metropolis fuit) annos LXX. in vastissima solitudine perduravit. Erat desertum horribis plenum, semita, quæ ad ipsum ducebat, angusta serpucaque, & inventu etiam difficilis. Antrum quoque, quod habitabat, tetrum, atque horrens, ac statim propius accedentibus nescio quid terrois incutiens. Hunc se ibi vidisse D. Hieronymus testatur, jam c. x. annorum senem. Ferbatur autem interdum etiam futura prædicere, eventu adeo certo, ut super eo quoque Heliza Propheta spiritum requisivisse dicerent : cujus nomen sortitus fuerat, & secutus propositum, Deo in solitudine servivisse. *Mar. lib. 1. cap. 9. Ruffin. lib. 2. cap. 8.*

MACARIUS Ægyptius Monachus sub Constantio, & Valente, à Lucio Episcopo Alexandrino Ariano nequissimo in exilium pulsus, tanta gravitatis, ut etiamnum puer à monachis *παυρογενεος* diceretur. Vixit, xc. in solitudine lx. exegit. Exercitia multa asperiora sustinuit, de quibus ad Evagrium discipulum suum, cum ad eum in æstu ferventi venisset, & aquæ haustum ad sitim sedandam petiisset, ipse verò sufficere sibi umbram respondere, dixit, se annis totis xx. nec pane, nec aqua, nec sonno ad fatietatem usque usum esse. Nam panem, inquit, meum comedi in pondere, & H aquam bibi in mensura : & corpus meum parietibus applicando, somni nonnunquam quam minimum mihi surripuit. *Soz. erat. lib. 4. cap. 23.* Alter Macarius Alexandrin. fuit ejusdem professionis, claritatis, & fortitudinis dissimilis morum suavitate. Secuti sunt illos clarissimi monachi, Hidorus, Heraclides, Pambus : relegati primum in insulam intra paludes Nilii sitam, ex qua demones omnes, & idola miraculis suis expulerunt. Id agrè ferens Lucius Episcopus, & gloriæ illorum invidens, in eremum ex insula eoste vocavit. In precando posterior iste Macarius adeo fuit assiduus, ut pilos genubus inasceci prohiberetur, reliquo corpore piloso existente. *Sozom. lib. 3. cap. 14. Ruffin. lib. 2. cap. 4. Socrat. lib. 4. cap. 23.* Est & ceterus Macarius, qui cum puer oves pasceret iuxta lacum Maria, joco interfecit unum ex sodalibus, & metu poenæ in solitudinem profugit, & in ea mansit per XXVII. annos, beatam eam calamitatem vocans, quæ ad hanc vitam sese compulssit. *Sozom. lib. 6. cap. 29.*

JOANNES celeberrimus inter Ægypti Monachos, à juvenute in solitudinibus versatus, literarum rudis, red memoria tenacissima præditus, cui victus herba, ac radices, potus aqua quoquecumque, medendi nimirum morbis incurabilibus, & prædicandi futura. Quam de eodem audiens Theodosius Imp. ad repressionem Eugenii tyranni profectus, de belli eventu queri ex eo curavit : anno Dom. cccxvi. juxta Prosperum. Qui & victoriam certam de Eugenio, & mortem ejus in Italia paulo post, prædixit. *Soz. lib. 6. cap. 28. Theod. lib. 5. cap. 24.* Habitavit in Thebaidis eremo, quæ adjectæ oppido Lyco. Spelunca ejus in prærupti montis vertice, ascensu difficili, adinque obstructo erat, ita ut nemo ad eum ingressus sit à xl. usque ad xc. ætatis suæ annis. Per fenestram adventibus præcepta salutis dabat, eisque extrinsecis, ubi commodè requiescerent, hospitium fecerat. Ipse intus solus morabatur, finem expectans vitæ, ut vitam, quæ finem non habet, inchoaret. Cum primum ad eremum secessisset, tribus continuis annis sub cuspudam saxi rupe stans semper oravit, nunquam sededit : tantum somni cepit, quantum reclus capere potuit : cibum quoque nonalium gustavit, quam Dominicus duntaxat debuit Eucharistiæ Sacramentum à sacerdote delatum : de pedibus, quod tamdiu immobilibus, fluxisse sanie sapient : Angulum autem Domini ulcera ejus tactu curasse, labia apertis spiritalis forte perfudisse : & ut deinceps ceteros fratres per eremum visitando instrueret, ac docere pergeret, simul jusse. *Marul.*

EVAGRIUS Presbyter, qui sacras literas à Gregorio Nazianzeno didicit, ejusque Constantinopoli Diaconus fuit, annis xiv. mansit in solitudine, contentus pane, & oleo. Si quando veniens visitaretur aculeis, demergebat se in puteum, ut aquæ frigiditas libidinis fervorem compelleret. Macarius fuit familiaris. Multa scripsit, quæ hæretica esse Hieronymus ait. Cum ad Episcopatum obeundum aliquando cum Theophilus Alexandrinus impelleret, per fugam elapsus est : quod & ante eum Ammonius fecerat. Cui cum Evagrius obijceret, reum scilicet esse coram Deo, quod, ut ne Episcopus crearetur, autem fidei amputasset, respondisse ei Ammonio fatur : At non putas penas te daturum, Evagri, quod linguam tu tibi propter philautiam, colloco tibi à Deo docendi dono non utens, absideris ? *Socrat. lib. 4. cap. 13. Sozom. lib. 6. cap. 30.*

Ipse aliquando vastæ solitudinis, nunc Paradisi incolæ Hieronymus, dum Hæliodorum invitit, sic illum laudibus effert dicens : O desertum Christi venans : O solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni Regis constituitur ! O eremus, familiaris Deo gaudens ! Quid agis frater in seculo, qui major es mundo ? quamdiu te rectorum umbræ premunt ? quam diu fumosarium urbium carcer includit. Crede mihi, nescio quid plus lucis aspice. Liber sarcina corporis abjecta ad purum ætheris volare fulgorem. Pauperatem times ? sed beatos pauperes Christus appellat. Labore terretis ? nemo athleta sine sudore coronatur. De cibo cogitas ? sed fides famem non timet. Supra nudam metuis humum exsæ jejuniis membra collidere ? sed Dominus tecum jacet. Squalida capitis horret inculca cæcariæ ? sed caput tuum Christus est. Infinita eremi vastitas terret ? sed paradisi mente obambula. Quotiescunque illuc meis colendens, toties in eremo non eris. Scabra sine balneo attrahitur cutis : sed qui in Christo semel lotus est, non habet necesse iterum lavare. Et breviter, ad cuncta audias Apostolum referentem : Non sunt condignæ passionum hujus seculi ad superventuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Delicatus es, frater, si hic vix gaudere cum seculo, & postea regnare cum Christo. Beatus servus, quem Dominus invenit vigilantem. Ipsæcitate Hieronymus in illa, in qua hæc scripsit, eremita, in illa quæ (ut ipse ait) vasta solitudine, quæ Solis exusta ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, annos quatuor moratus est, scorpionum tantum, & ferarum socius, sacco vestitus, humi cubans, aquam frigidam bibens, & cibus crudis utens, coctumque comedere luxuriam deputans, carnis lascivitiis pugnas hebdomadaram interdum inedia vincens. Et tamen inter hæc tantæ corporis iatigationes, adeo spiritus exultabat, ut diceret : Oppidum mihi carcer, solitudo Paradisi est. Post hæc cum ad Bethlehem accessisset, & constructo monasterio cum fratribus habitaret, & mensi fateri solebat, se jam non esse eum, qui fuerat : adeo in solitudine sibi melius fuisse existimavit. Post labores, inquit, & lachrymas, & celo inhaerentes oculos, nonnunquam mihi videbar agminibus interesse Ange-

lorum : & lætus, gaudensque cantabam : Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. *Marull. lib. 1. cap. 10. & Sab. lib. 21. cap. 2.* Sed præstat ipsi summe audire ex epistola ad Euthochium de custod. virg. O quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exulta Solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis ? Sedebam solus, quia amaritudinem repletus eram. Horrebant saccho membra deformia, & squalida cutis situm Æthiopicæ carnis obduerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus : & si quando repugnantem somnum imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia allidebam. De cibis vero, & potu tacco, cum etiam languentes aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius, & ferarum, læpè choris intereram puellarum. Pallabant ora jejuniis, & mens desiderii æstibat in frigido corpore, & ante hominem tuum jam carne præmorta, sola libidinum incendia bulliebat. Itaque omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carlem hebdomadaram inedia subjugabam. Non depudescio infidelitatis meæ, quin potius plango, me non esse, quod fuerim. Memini me clamantem, diem crebro junxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret domino increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum consciam, pertimecebam : & mihi met iratus, & rigidus, solus deserta penetrabam. Sicubi concava vallium, apera montium, rupium prærupta : cornebam ibi meæ orationis locus, ibi illud miseriam carnis ergastulum : & ut ipse mihi testis est Dominus, post lachrymas, post celo inhaerentes oculos nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus, gaudensque cantabam : Post te in odorem unguentorum tuorum curremus.

MOYSES Saracenus, sub Valentis imperio in finibus Palæstine, & Alexandrie oberrabat. Eo tempore Mauvia Regina Saracorum post mariti mortem, rupto cum Romanis fœdere, plurima damna illis intulit : nec prius pacem se admitturam minata est, nisi Moyses monachus gentis suæ Episcopus daretur. Quæsitus ergo Moyses, & Alexandria deductus à Lucio Episcopo Ariano nequissimo manus sibi imponi noluit, sed ab Episcopo orthodoxo exilium, qui in montana confugerat. Ab his ergo Episcopus factus, Christi fidem apud Saracenos felicissime propagavit. *Theod. lib. 4. c. 23. Soz. lib. 6. c. 38.*

Prior monachus in eremo Scethica Ægypti, adolescens paternas ades ad monasticam professionem egressus, vovit se ad suos nunquam rediturum. Post annos 50. à sorore sua videndi ejus cupida sollicitas, iussus etiam à monachorum præsidibus ad eam venit quidem, sed abstulit ad fores, cum se paululum spectandum forori exhibuisset, & orationum recitasset, in solitudinem rediit. *Sozomen. lib. 6. cap. 29.* De hoc *Socrat. lib. 4. cap. 23.* Prior, inquit, in eremo Scethica xxx. annis solitariam egit vitam, sub Hilarione comedens deambulabat, ne quam in cibo voluptatem pertulisset. Sororem morbo laborantem clausis aditu oculis.

PAULUM Ægyptium monachum in Phema Sectidis monte habitasse, Sozomenus tradidit : præfectum contubernio quingentarum fratrum, nihil operis præter preces facientem, neque quicquam ab aliquo, nisi quantum in victum diurnum suppetere accipierent. Sustinuisse autem quasi pro dimenso suo exercitium, per dies singulos ccc. preces, quarum ut numerum observaret, in ore voluerit totidem lapillos, quorum singulos ab preces singulas deposuerit. *Sozom. lib. 6. cap. 29.*

Monasticam professus est STEPHANUS religiosissime circa Marcotem, non procul à Marmarica, per annos lx. fuit familiaris Antonio magno : placidus in colloquiis, & prudens, qui agrestes quascunque animorum oratione levare possent. Incurabili laborans morbo, dum corrupta membra Medicis fecanda præbet, palmarum folia manibus contexebat : admodum obiter affatens, ne dolore aliquem ex suis cruciatibus perciperent, sed cogitarent, omnia, quæ Dei voluntate gererentur, bonum aliquando exitum habitura. Nam & hoc sibi constare, profuturam sibi ejusmodi dolorum experientiam : ac factus esse in hac, quam futura vita peccatorum admittorum penas luere. *Idem.*

SIMEON Sufotinius F. ex vico Sifan oriundus, annum tantum cum fratribus in monasterio Antiochiæ conversatus, in desertum abiit, annos tres in spelunca clausus permansit. Sed hoc

hoc eicomune, cum multis: illud autem proprium, & peculiarare, quod deinde super columnis dicitur habitasse: quorum altissimam cubitorum xxx. fuisse ferunt. In una eum perstitisse anno 19, in alia xli. in alia rursum xli. in alia iterum 19, & in alia postremo, quae procerissima erat, ad obitum vitae xvi. eas pro pulpitis habuisse, satis probabiliter videri potest: quandoquidem multis ex generibus rei novitate exciti ad videndum illum confluebant, & ab idolis ad Christum praedicationibus ipsius convertentur. Institutum illud cum esset non tantum insolens, sed & sine reliquorum consilio, aut approbatione susceptum, miserunt Monachi communi consensu quosdam, qui ipsius consilium exquirent, mandarentque ipsorum verbis, ut descenderet, hac addita exploratione: Quod si ad obsequendum ipsorum moniti futurus esset promptus, & facilis, relinquere ipsum suo sibi arbitrio, haud dubie enim ipsius consilium esse ex Deo. Sin vero difficilem, & pertinacem se esset exhibiturus, deturbarent illum vi, & violentia. Legati ergo cum ad ipsum venissent, & vix suorum mandata exposuissent, jam sublato altero pede ad descendendum erat paratissimus. Quod illi ubi miserunt, arbitrati sunt ejus obediendi promptissimum animum satis posse esse indicio, a Deo esse ipsius inventum. Quare ipsi gratulati, & bene precati, B

cursum, quem ceperat feliciter, ut persequeretur, horati sunt. Vixit in columnis minoribus annos vii. Deinde vero in columna xl. cubitorum xxx. annos vitam egit, & hinc Stylites dictus est. Cum Imper. Theodosius posterior aliquando impetasset Antiochenis, ut synagogas ademptas Judaeis restituerent: ille missus ad Imperatorem literis, acriter ipsum objurgavit, ut sua mandata non retractaret solium, & Christianis Antiochia, quae ipsi viderentur hac in re permitteret: sed etiam ipsum praefectum, cujus impulsu ea res instituta fuerat, dignitate privaret. Post mortem corpus perlatum est Antiochiam sub Leone Imp. magna pompa: exercitum quoque dum eum parte corporum eam deductionem prosequente, ne qui ex vicinis urbibus cadaver ipsum, quod certatim cupiebant, auferrent. *Evagrius l. 5. c. 13. & Niceph. l. 14. cap. 51. & Theodorus Lect. l. 1. Collect. Marul. l. 1. c. 9.* Habuit discipulum Danielen, qui ex ipsius schola egressus, magistrumque imitatus, ipse quoque hic novum Monasticum institutum coluit. *Niceph. l. 15. c. 22.*

ALYPUS Cionia miraculosam vitam in columna egit per annos septuaginta: habuitque sibi adjunctas tres classes canentium, duas Monachorum, & unam mulierum, quae perpetuo hymnos ad caelum miserunt. Proposuit idem suis Monialibus hanc legem, ut nunquam oculis masculorum aspicerent. Eam illi adeo sancte observarunt, ut etiam in mortis periculo constituta, noluerint a parentibus visitari. *Metaphrastes in vita Alipii.*

Sabas octavo aetatis anno monasterium ingressus est in Cappadocia. Inde annos 18. Hierosolymam peregrinatus, cum Euthymio celebri Monacho Palaestino se conjunxit. Post ejus obitum solitudinem Palaestinae petiit, sanationum, & miraculorum donis clarus. Anno aetat. 70. reconciliavit Imp. Anastasium Eliae Episcopo Hierosolymitano. Synodum Chalcedonensem contra Imper. Anastasium acriter defendit. Obiit anno aetat. 94. Justiniani Imp. 5. Simeon Metaphrastes, annuum agens nonagenarium, ab Aeliensi Episcopo legatus Constantinopolim ad Justinianum missus est, ut Judaeorum immanem crudelitatem, Juliano duce horribiliter in miseris Christianis graffantium, auerteret, & reprimeret. Sylvanum sectatorem Juliani, igni convertendum praenunciavit. Arsenio calumnias suis, D & confictis mendacis plurimum Palaestinae apud Justinianum incommodante, rursus deprecator, & orator ad eum missus est. Celebrerrima & splendidissima pompa urbi Constantinopolitanae approprians, ab Imperatore est exceptus. Addit *Niceph. l. 17. cap. 24.* Justinianum, ubi procul adventientem agnovit, pulcherrimam coronam capiti ejus imminentem confpexisse, quod ipsum & Anastasium olim, cum ad ipsum veniret, viderit.

CHEREMON, NESTEROS, JOSEPHUS, tres anachoretae fuerunt solitudinis Aegypti ad mare, homines eruditi: velut doctissimi ipsorum de rebus gravibus in pietatis doctrina disputationes offerebant, quas sub ipsorum nominibus recitat *Cassian. in Collat.*

MARCUM, quem Eremitam plerique dicunt, *Niceph. lib. 14. cap. 53.* inter illos numerat, qui Theodosii Imper. temporibus praecleari in aeternitate existeret, & quorum doctrina factis quoque consona fuit, quique in utraque Philosophia usi fuerunt, praepcepto Chryostomo: quorum etiam in Poesi non parva fuerit gloria. Capite sequenti in monastica eum prius versatum

ait: quo indicare velle videtur relicto statu monastico recessus eremi ingressum: quod eo tempore fuit usitatum valde. Videtur tamen circa Constantinopolim alicubi etiam ipse egisse, ut & Nilus ejus condiscipulus. Multa post se eum reliquissim scripta, idem meminit.

PAPHNUTIUS, Scythiotici deserti pater, & reliquorum eremitarum pastor, primum in schola canoniab ab adolescentia institutus, relicto isto vitae genere in solitudinem secessit, in qua ad extremam usque aetatem perduravit: atque hinc inditum cognomen Bubali, propterea quod perarato ceteris in solitudine fratibus sui videndi copiam fecerit, praeterquam cum pro more ad res divinas congregari fuit necessesse. Ex quo tamen congressu nunquam tantum sibi temperavit, etiam nonagenarius, ut vacuus ad cellam suam reverteretur, quia unumque, cujus per totam hebdomadam usum haberet, fulvas humeris portare. *Cassian. Collat. 3. cap. 1.*

SERAPION unus ex antiquissimis deserti Scythiae eremitis, errore Antropomorphitarum ita despicbat quodam non malitia, sed simplicitate, ut neque a Paphnutio illo suo pastore in rectam viam reduci posset: & quia antiquitate professionis istius solitariae ceteros anteibat, & praetera etiam pietate praestabat, multis ejus obviit auctoritas, ut eundem errorem etiam ipsius pernicitius retinerent. Cum autem aliquando quendam Photinum diaconum ex Cappadocia partibus illo invensum istius loci eremitas studio profectum, disputantem audivisset, valde graviter, & doctè ex facris Scripturis, & totius Orientalis Ecclesiae consensu, de imagine illa Dei, & similitudine, ad quam *Genes. l. 1.* homo conditus scribitur: motus ejus assertionibus, reliquit suam de corporali Dei forma opinionem phantasticam, & acquiescit in sententia Photini, quia ille docebat incomprehensibilem divinae Majestatis, & imensam sublimitatem, nisi humanae formae, atque corporae compositione, & similitudine circumscribi posse, ut quae sit natura incorporea, incompressa, & simplex. Verum cum paulo post in gratiarum actionem exiret, sensit inter precandum ex corde suo elabi, atque evanescere eam, quam oraturus Antropomorphi imaginem sibi proponere consueverat. Constat igitur mente, prorupit in amarissimos fletus: insuper & proci dens, hanc maximo ejulatu lamentabilem edidit vocem: Heu miserum, tulcrunt a me Deum meum, & quem nunc teneam non habeo, vel quem adorem, aut interprelem jam nescio. *Cassian. cap. 3. Collat. 10.* De hoc ipso Serapione narrat etiam Isaac, & ipse unus ex ista eremitarum congregatione, quod fuerit vir simplicissimus, qui de substantia, & natura divinitatis nunquam penitus fuerit eruditus, G sed & rusticitatis vitio, & antiqui erroris consuetudine deceptus sit.

HOR Abbas, cum solitudinis incoleret, herbis, radicibus, & aqua contentus, multos vixit annos. Tria praestitit admiratione digna: nunquam mentitus est, nunquam citra necessitatem locutus, nemini unquam maledixit. *Niceph. l. 11. c. 34.*

THEONEM intra suam cellulam clausam habitasse apud Thebaida, non procul ab urbe, atque etiam porrecta de fenestra manu tactu infirmos curasse: sed tamen noctibus ad eremum progredi solitum, tradunt *Marul. l. 1. c. 9.*

ELPIDIUS Cappadox interrogatus a Joanne anachoreta, quid tota vita egisset memorabile: Annis quadraginta, inquit, nunquam sol vidit me comedentem. Tum Joannes: Nec me ait, iascientem. *Polat. lib. 21.*

SIMENNIUS Monachus, discipulus Elpidii, sepulcro se inclusit, in quo pane, & aqua vixit contentus ad mortem H usque.

ZOSIMAS Sindenus Phoenix in regione Palaestinae IIII. annos absolvit in eremo, contentus cibo tenuissimo. Mariam Aegyptiacam, quae jam 40. annis in deserto vixerat, orantem a solo sublevavit vidit, & flumina ficis transire pedibus, camque mortuum tumulavit. Arceslav viro nobili familiaris oculum uxoris ejus excusum curavit oratione. Leonem, qui cum asinum interfecerat, coegit onus Caesarem portare. Futurorum quietiam providit, praesentium gratias, quamvis procul abesset Antiochia, tamen terrae motum Antiochia, qui septimo anno Justini senioris accidit, scivit, ac in ipso momento sensit. Subito enim confestim, & gemundus, tantumque lachrymarum fundens, ut ipsam terram rigaret, arcum thuris poposuit: ac tunc illo tempore, quo Antiochia terra motibus concutiebatur, sacrificans in terram sese projecit, precibusque Deum placavit. *Evagr. lib. 4. cap. 7.*

EUTHYMIUM *Niceph. l. 16. c. 33.* eremi habitorem fuisse affirmat virum, praeclearum, & excellentem, dignum curio, certamina, & labores peculiari libro decantentur: focium Theodisti, Theodolii, & Sabbae, cum quibus contra calumnatores, & obretractores Chalcedonensis Consilii, Xenazam videlicet, & similes utilem Ecclesiae, & strenuam navaverit operam.

SIMEON in Emeza monachus, summus mundi contemptor virtutibus excellentissimus, vaticinio clarissimus, Mauricio imperium praedixit. Cum terramotus, qui Phoenicem maritimum concussit instaret, plures columnas in foro flagellans, inquit: State, saltandum vobis est. Quae flagellatae non erant, paulo post terramotu corruerunt, reliquis salvis. Daemones fugavit, omnem morbum curavit. Nemini, quo modo Deum coleret, indicabat. Accusatus de stupro ancilla sui familiaris, suspitionem auxit ancillae confessio, ejusque vox, quod se hominem esse, & carnis flammam sentire, faceret. Abiit postea in desertum, & cum tempore patiendi instaret, parere illa non potuit. Cum autem Simeon, qui dedita opera redierat, pro ea orare juberetur: dixit, eam non pariteram, nisi prius verum patrem ostendisset. Quod cum illa fecisset, mox peperit, & Simeon suspitione liberatus est. *Evagrius lib. 6. cap. 24.* Puerpera cibum, & potum jejunanti attulit. Rami arboribus, quae in eo monte nascebantur, suppedabant ei cibum, & potum.

THOMAS in Coelestria simile vitae genus cum Simeone exercebat, & Antiochiam venit, ut annuum subsidium monasterio suo acciperet: ex ea enim Ecclesia ordinatus fuerat. Anastasio Episcopo Antiocheno saepe molestus fuit: a quo cum alamp accepisset, praedixit illi, & sibi mortem, quam etiam in suburbio Daphane paulo post obiit. *Evagrius lib. 4. cap. 35.*

MARINUS, vel Martinus (quem Gregorius in Massico Campaniae monte vitam duxisse tradit) tanti solitudinem fecit, ut ne quando ulla rerum difficultate, vel daemum molestia superatus inde recederet, vel ferream catenam, quam saxo affixerat, vix solubili compede ipse se alligaverit. Attamen B. Benedictus Abbas ubi id rescivit, volens, ut jugis in deserto commemoratio constantiae potius viri, quam ferreis nexibus ascribi posset, protinus catenam ad eum misit, inquit: Si servus Dei es, non teneat catena ferrea, sed catena Christi. Quamobrem ille vincula quidem depoluit: sed tamen speluncam ingressus, aditu obstruendo habitare cepit. Deinde etiam C discipulos aliquot secum conjunxit: multique praetera miraculosa nobilitatus est, atque inter sanctos habitus. *Marul. l. 1. c. 9. ex Mar. Scato.*

Menna Samnitum provinciae solitariae paucula apum alvearia victum frugum suppedabat. Eo accedens quidam Longobardus latro, frustraque ne aliena rapere monitus, sacrisque apibus intulit manus. Continuo autem raptor a fathana vexari cepit. Indoluit Menna inimici casum, ita ut in posterum neque apes habere vellet. Proximi vicini beneficio sustentatus est, in diem panem afferentibus, quos ille praecipis imbuebat salutis. Saepè Sylvestris urfos fetula, qua gradus ambulando firmabat, a suis alucariis dicitur abegisse. Obfessus a demone liberavit, & omnia secreta novit, tempore Justinij junioris. *Greg. lib. 3. Dial. cap. 26.*

JUSTINIANI tempore fuerunt multi viri miraculis insignes. Inter hos Barfanaphus Aegyptius prope oppidum Gazam, in phrontisterio quodam vixit vitam durissimam. Existimabat autem se continere in domuncula, licet spacio quinquaginta annorum aut ultra nec visus, nec rebus terrenis D usulit. Cui opinioni, cum Eustochius Episcopus Hierosolymitanus fideum non haberet, sed habitationem perforederet, ut ubi se continere videret, ignis proflens omnes fere absumpsit. *Evagr. lib. 4. cap. 33.*

In finibus Biturigum EUSUCHIUS eremita, CHALDEBERTO Rege quinquaginta aureos offerente respondit: Dato eos pauperibus, ego illis non indigeo. *Turonensis c. 82.*

LEONARDUS eremita vixit in pago Cenomanensi: & praeter alia miracula, quae fecit, duobus cecis visum restituit. Construxit ibidem monasterium Lotharius Rex, apud quem falso delatus fuerat, eum eicere constituerat: sed Regis famuli Leonardum oratione terenti in se dicit abierunt. *Vincens. lib. 21. c. 82.*

HOSPIIUS apud Niccam Galliae turri inclusus, ac ferreis catenis vinculus, miraculis, & prophetis clarus, Longobardorum irruptionem in Gallias praedixit. Longobardi cum Niccam quoque venissent, & ascenda turre eum offendissent, causam querentes: cum ille se propter homicidium captum assereret, L. B. Theatr. vita Ham. Tom. VII.

unus stricto gladio eum decollare volebat. Manus obroguit. Territus ille miraculo, crucisque signo sanatus ab Hospitio, Christianus factus est. Infirum curavit in nomine Jesu Christi redemptoris, caeco visum restituit, daemonia tria ex muliere eiecit, puellam obfessam a diabolo liberavit, sibiipsum tempus mortis praedixit. *Turonensis l. 6. c. 6. & 7. & 97.* quodam miracula ab ejus reliquiis facta commemorat.

FIACHIUS Eugonii IV. Scotorum Regis F. FERQUHARDI successoris frater humiliter assumpta veste, quo minus cognoscere tur & patria clam profectus, in Gallia solitariam quaerens locum a S. Pharaone Meldensium Episcopo, agello, in quo nunc religiosè colitur, est donatus. Constantia in regione est fama, nefas esse, steminam sanctissimi viri facellum ingredi: & quae id aliquando attentaverint, aut oculis privatas, aut aetas in amentiam. Una aliquando ex temeritate ingretra facellum ejus statim de mentis sanitate decubata. Unde tale distichon compositum fuit.

Femina, quae laesi blasphemio murmure Sandum, Fecit, quod Sandi non intret femina templum.

Is cum a proceribus ad regnum Scotiae (in custodia coniecto FERQUHARDO Rege ob tyrannidem) pofceretur: delegatorum adventu certior factus divinitus, a Deo petit, ne sibi solitariae vitae fructus eriperetur. Exaudivit omnipotens deprecantem, effecitque, ut adventantibus legatis, lepra infectus appareret: Nuncii itaque ad Fiacrium venientes, confectum virum foedissimo morbi genere, ut apparebat, laborantem frigidè, rogarunt, cupetne redire in patriam: se a Scotorum primoribus ad hoc missos, ut ipsi obtemperantes in iis, quae cuperet, ad omnia affluenter ministrarent impensas. Ad ea Fiacrius, magistratum omnem non aliter quam terram pestem averfatus: Cernitis (inquit) opinor, ut ultro in privatam abiens vitam, solitarii agere potius, quam in hominum frequentia delegerim: tamen plaga, quam in me cernitis, vita potius emendatio, atque ad humilitatis incitamentum videtur astitanda, quam aliquis naturae error. Satis mihi esse cognoscite, cellam, vestem, olera, his manibus preparata. His enim contentus nihil est humani fastigii, ut ut res in ea se habent, quod praer illis concupiscam. Ite ergo, germanis, nostraeque gentis majoribus renunciate, ut Deum in primis reverentes, religionis observationi incumbant: rectamque colentes, virtute se maniant, & pietate: quas nulla hostium vis unquam expugnabit. Me impensis, uti cernitis, non indigere: eoque Dei benignitate devenisse, ut meo videndi generi privata vita magis quam publica deinceps conveniat. *H. Boeth. l. 9. & Guag. lib. 9. Hist. Fran.*

BASOLES Lemovix, divini verbi studio patriam deserens, comite Angelo, ad Rhemensem civitatem pervenit, & ab Aegidio Episcopo honorificè exceptus est. Hujus favore aliquandiu in comobio ad radices montis Remorum sito vitam egit. Et deinde in excello nemorosi montis vertice cellam, & oratorium edificavit, in qua quadraginta annos se continuit. Cum aequa penuria laboraret, preces ad Deum fudit, quibus imperavit fontis scaturiginem, qui copiosam aquam postea ei suppedavit. *Vincens. l. 21. c. 116. & Sigeo. an. Cbr. 567.*

EPARCHIUS patria Petragoricensis, Encolesmae sibi cellulam exstitit. Furem suspensum de patibulo liberavit. Si pecunia ei dabatur, eam pauperibus distribuere, aut captivos redimebat. Pro captivis apud magistratum intercedebat. Quadragesimo quarto anno suae inclusionis febre correptus obiit. *Turonensis lib. 6. c. 8.*

JOANNES eremita in Sicilia, animam Dagoberti Regis vidit a daemone deportari, & a Dionysio, Mauricio, & Martino liberatum in caelum ferri. *Sigebertus in Chron. an. 645. Aimon. H lib. 4. cap. 34.*

BAUDOLINUS juxta Tanarum fluvium Italiae in loco, cui Forum nomen est, eremita, miraculis, & sanctitate clarus, futura saepe praedixit, & absentia tanquam praesentia nunciavit. Cum Luitprandus Rex Longobardorum pro filio suo in venatione vulnerato apud eum intercederet: respondit, mortuum esse filium, neque se pro eo orare posse. *Paul. Diacon. l. 6. c. 18. de Longob.*

BORCARDUS Anglus, patria Dorcestrius, ordine clericus, pertusus hominum, in eremum abiit. Nactus est instituti socium Fremundum, Algari Occidentalium Anglorum ducis filium: qui, neglecto regno, cum ipso in eremum abiit: cujus vitam Boreardus Latine conscripsit libro uno. Claruit senex anno Dom. 870. sub Ethelredo Anglorum Rege, Danis Britanniam vastantibus.

Narrat *Petrus Damian. cap. 2.* de quodam Eremita montis Thabor, qui cum stimulis libidinis perferretur, irritatus a quadam